aliò, quàm ad mammas, siue adstringendo mammas, atque repellendo, siue menstrua prouocando, seu alio reuulsorij genere ad infernas partes retrahendo, quorum remediorum materia ex aliis dictis nota est.

Semen augentia, seu

Σπερμάτικα, siue Αφροδίσια.

SEmen augentia confundi solent cum stimulantibus ad Venerem, operis communione. Augetur semen mediante generatione optimi sanguinis, quem præstant alimenta optimi succi totis substantijs naturæ nostræ familiaribus, vndè quando ait Galenus 5. simpl. 23. pro sem. generatione cibos flatuosos esse oportere, ac dari etiam medicamenta semen generantia, quæ calida sunt, ac flatuosa, sic est intelligendum, vt statuamus cibos plurimi succi ratione flatulentia non conferre ad sem. generationem, sed ad virgæ erectionem. Medicamenta autem, si quæ sunt semen generantia, id præstare, qua parte nutriunt, qua verò medicamentosa sunt excitare semen. Excitant verò semen, stimulantque Venerem, & calida cum quadam acrimonia, & flatuosa, quibus tamen non nimia siccandi vis subsit. Nam omnia siccantia semen minuunt, Veneremque cohibent. Calida igitur, &

acria titillationem duntaxat afferunt, flatulenta verò materiam præbent, quæ possit fistulosum mutonis canalem implere, & distendere, vt propterea ad stimulantia Venerem pertineant quoque titillantia pariter genitales, eoque sanguinem, & spiritum, elicientia, quibus omnibus nihil proficiunt, si testium, quibus in sanguis in semen mutatur, insignis aliqua subsit intemperies. Inter alimenta semen augentia, quamuis recenseri debeant omnia boni, & multi succi, sunt tamen ista vsu expertiora, quæ ferè omnia vim habent medicamentosam, semenque excitant.

Semen augentia sunt

Anatis caro.

Anseris [Caro.
[Lingua.

Allium.

Asparagus.

Amygdalæ dulces.

Auellanæ.

Bulbus esculentus.

Capus cum maci coctus.

Columbus eod. modo coct.

Cerebella passerum Cypriorum.

Ceruí genitale.

Ci-

Cinara.
Castaneæ.
Cepa.
Ceruisiæ potus.
Cicer album.
Dactyli pingues.
Eruca.
Fabæ.
Hordeum.
Ius bubulæ conditum cinnamomo, & galanga.
Lac.
Mustum.
Napus.
Nux { Indica. Pontica. Pinea.
Oua sorbilia.
Pastinaca.
Poma dulcia.
Pistacia.
Phaseoli.
Perdicis caro.
Pulmo Arietis siccus, & assus.
Pisces ostracei cum pipere.
Polypus.
Porrum.
Rapa.
Selinum vulg.
Sepiæ.
Testium puluis verris, qui coiuerit, hic ali-

quot dies sumptus post purgationem fœcundos facit.
Testudo nemoralis.
Tauri genitale.
Testes gallinacei.
Turturis caro.
Tubera quæcumque.
Vua pensilis.
Vinum dulce odorum.
Pro condimentis sapa, & aromata conueniunt.

Medicamenta Venerem stimulantia.

Anisi semen.
Belzuinum.
Cardamomum.
Caryophylli.
Chrysocolla vtraque.
Cinnamomum.
Crocus.
Costus dulc.
Cubebæ.
Dauci semen.
Fœnic. virens.
Eryngii ma. rad.
Galanga.
Gallii rad.
Gyngiber.
Gladiolus.

Horminum vtrumque.
Macis.
Melissa.
Mentha virens.
Napi semen.
Nasturtium.
Nux moschata.
Ozymum virens.
Ononis.
Piper longum.
Personatæ rad.
Satyrii canini ma. rad.
Scincus.
Sem. lini.
Stellionis puluis.
Vrticæ sem
Xyloaloes.

Composita Offic.

Conserua Acori.
Diasatyrium.
Diamoschum.
Gyngiber recens con.
Mithridatica confectio.

Alia experta.

℞. Pistaciorum vnc. I.
Nucleorum pini vnc. ſſ.
Diasatyrii drach. 5.

Semin.erucæ drachm.3.ss.
Chrysocollæ miner. drach.2.
Piperis [Longi. [Nigri.
Cardamomi.
Spec.diamoschi ana scrup. 1.
Cinnamomi drach. 2.
Mellis despum. vnc.5.
Fiat electuarium, cuius detur vn.ss.in lecti ingressu delibando post assumptionem aliquid vini generosi.

Aliud.

℞.Sem. { Erucæ. Vrticæ. Anisi. Fœnic. Pastinacæ ana drach.ss.
Farinæ cicerum alb.vnc.ss.
Nucis pineæ.
Amygd.dulc.ana drach.2.
Extremit.scinci drach.1.
Cinnamomi.
Galangæ.
Caryophyll.
Nasturtij.
Croci.
Piperis albi ana scrup.2.

Dia-

Diasatyrii drach.1 ſſ.
Moſchi.

Trochiſcorum. | de Gallia moſch.
| Ambræ griſeæ ana gr 5.

Sacchari diſſolut.in aqu. roſ. q. ſuff. fiant Moſſelli cum vino albo odor. quorum ſumatur vnc 1.in egreſsu, & in ingreſſu lecti,ſuperbibendo aliquid vini generoſi dulcis.

Aliud.

℞ Boracis offic.
Carnis ſcinc.ana vnc.ſſ.
Genitalis C drach 2.
Spec diamoſchi dulc.drach.1.
Miſce, fiat puluis cuius ſumatur mane, & poſt cœnam drach.1.ex tantillo vini.

Aliud.

℞. Chantarides ruptis alis,ab n.11.Lactis vnc.5.
Sem.Ammeos ſcrup.ſſ.
Mda tepidum ieiuno.

Extrinſecus.

Ol. { è Caryoph.
Costinum.
Raphaninum.
Sinnapinum.
Formicarum.
Piperis.
Nucis mosc.

Quibus miscetur aliquid moschi zibetti.
Trochisci Galliæ moscat.
Pulu. stellionum, & renes, genitalesque particulæ oblinuntur.

Semen extinguentia, siue

Σπερμακαλύπτοντα.

SEmen extinguentia contrariis prædita sunt virtutibus: alia enim seminis impediunt generationem, vel quia testium illius effectorum calorem exsoluunt, vel quia paruam, & prauam materiem suppeditant ad sanguinis generationem, eumque absumunt sensibiliter, aut insensibiliter, atque seminis generationi impropriè aduersantur; alia genitum semen absumunt, exsiccante facultate, siue caliditati, siue frigiditati coniuncta sit, quarum silua immensa est. Alia deniq; licet non absumant, reprimunt tamen, & ad Veneris irritamẽta ineptum reddunt, idque præstant flatus discutiendo semen coactum, & ad motum

inha-